



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

De somnijs. cap. xii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

Chrys. Qui patrem non imitantur, eos ille, cum patrem vocant, minime exaudit. Itaque cum F
certis notis ad Dominum accede: ac totum te ut filium amplectetur.

Iosephi. Qui Dei voluntatem sequuntur, nec ea, quæ præclare sancita sunt, violare audent, his
omnia ex sententia succedunt, ac beatitudinis premium a Deo proponitur. Quantum au-
tem ab accurata & diligenti eorum cura se remouent, tantum quoque difficilia eis sunt,
quæ prona & facilia erant, ac quicquid boni facere student, in exitiales calamitates ipsis
vertitur.

De beatitudine: & quod nemo ante mortem beatus censei debeat.

CAP. XI.

Ecli. 11.



NOTE mortem ne beatum duxeris quenquam.

Basil.

Qui in vita versatur, beatus nondum prædicandus est, quia, quis exitus
futurus sit, non est exploratum. Qui autem munere suo plene perfunctus est,
atque irrefragabili fine vitam clausit, is demum turò beatus dicitur.

*Nat. in
Terr.*

Ne te ante iactes, quam sit in portu ratis.

Perierunt multi iam propinqui littori.

Vado appulere, turbine acti, plurimi.

Mala exprobrare nemini, certa est salus.

De somniis.

CAP. XII.

Ecli. 34.

OMNIA extollunt imprudentes. Quasi qui apprehendit umbram, &
persequitur ventum: sic & qui attendit ad visa mendacia. Et sicut partu-
rientis, cor tuum phantasias patitur, nisi ab Altissimo fuerit emissa visi-
tatio. Ne dederis in illis cor tuum: multos enim errare fecerunt in somnia, & exci-
derunt sperantes in illis.

Vaticinia, & auguria, & infomnia, peccata sunt.

*Basil. Ho.
in mart.
Iulii.*

Solent plerumque species illæ, quæ animis nostris inter dormiendum obuersantur, diu-
narum curarum reliquæ esse. Nam qualia fuerint vitæ nostræ studia & instituta, talia
quoque somnia esse necesse est.

De spe: & quod ea in Deo collocanda sit, non autem in humanis præsidiiis.

CAP. XIII.

Job 27.

Psal. 5.

17.

19.

24.

25.

30.

31.

36.

56.

77. 117.

124.

145.



VI CONFIDIT in Domino, saluabitur.

Lætentur omnes qui sperant in te: in æternum exultabunt,
& habitabis in eis. Protector est omnium sperantium in te.

Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine Dei no-
stri sperauimus, &c. In te sperauerunt patres nostri: speraue-
runt, & tu liberaisti eos. Oculi mei semper ad Dominum:
quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos. In Domino
sperans, non infirmabor. In ipso sperauit cor meum, & adiutus sum. In te
Domine speraui, non confundar in æternum. Sperantem in Domino miseri-
cordia circundabit. Spera in Domino, & fac bonitatem, & inhabita terram, &c.

Reuela Domino viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet. Iacta super Do-
minum curam tuam, & ipse te enutriet. Miserere mei, Domine, miserere mei:
quoniam in te confidit anima mea. In Deo speraui, non timebo quid faciat
mihi homo. Deduxit eos in spe, & non timuerunt. Melius est sperare in
Domino, quam sperare in homine. Qui confidunt in Domino, sicut mons
Sion, &c. Nolite confidere in principibus, neque in filiis hominum, in quibus
non est